



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

21. Januarij. Si fieri posset, ut amans Deum absque sua culpa damnaretur, faciliùs pœnas omnes inferni toleraret, quàm blasphemias, quibus damnati Deum execrantur, audiret. S. Ignat. apud Bart. l. 2. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



21. Januarij.

*Si fieri posset, ut amans Deum absque sua culpa damnaretur, facilius pœnas omnes inferni toleraret, quàm blasphemias, quibus damnati Deum execrantur, audiret. S. Ignat. apud Bart. l. 2. §. 27.*

**P**œna sensûs mala est, utpote quam decernit Deus, imò bona: quia peccati pœna, divinæ justitiæ instrumentum est: blasphemiam autem non potest non odisse Deus, & qui Dei amator est, homo.

Amato injuriam irrogari, vulnus amanti tantò est magis intolerabile, quantò vehementiùs amat; cùm nec illam tueri possit, nec vindicare, bis infelix: & in se patitur, & in amato.

Qui se, ut debet, odit, illi pati durum non est: dum enim plectitur inimicus, quî hostis ægre ferat? aut eum affligi, quem amat, est pati sine remedio.

Innocentem pati videre, difficilè est, difficiliùs benefactorem, & quid esset, nisi difficillimùm, audite Deum, id est, omne bonum, bonum infinitum & immensum pati?